





8021.  
1764, 8.

IUS VENANDI  
CONTRA PRIVATVM  
AN SIT PRAESCRIPIONI  
OBNOXIVM

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS

CONSENSV

P R A E S I D E

D. HENR. GODOFREDO BAVERO

PROF. IVR. PVBL. ET ORDINAR. FACVLT. IVR.

ASSESS. COLL. MINOR. PRINCIPP. COLLEG.

D. XIV. APRIL. A. C. MDCCCLXIV.

IN AVDITORIO ICTORVM

DISPVVTANDO INQVIRIT


IOHANNES FRIDERICVS SECVRIVS

SANGERHVS. THVRING.

---

L I P S I A E  
EX OFFICINA LANGENHEMIA





## VENATIO CONTRA PRIVATVM AN SIT PRAESCRIPTONI OBNOXIA.



### §. I.

Aliena facile videri potest et fere inanis quaestio, *Causae decisio ex Decis. Nō. viii. IV.*  
an ius venandi a ciue contra ciuem possit praescribi. Ipsa enim *Decis. Sax. Nouiss. IV. de ao.*

1746. hoc affirmat, adeoque, de ea re dubitare amplius, non finit. Neque nostrum est, iurisprudentiam, controuersiis per se admodum foecundam, quod ostentandi ingenii causa, non defunt, qui fecisse videantur, magis incertam reddere, ut potius ab isto dubitandi studio vehementer abhorream. Id potius lubentissime concedo, iure nostro Saxoniam immobilium praescriptionem, prout in seruitutum aliorumque iurium cadit acquisitionem, aequem minus in quaerendo venandi iure, modo non Principis causa subsit, exulare.

### §. II.

Ipsa vero haec Nouissima Decisio IV. secundum legis *Vera Decis. cit. sententia explanatur.* naturam eo minus in controuersiis antea exortis quicquam efficit, quo magis, quid sibi tribui debeat, diserte iubet. Quippe constituit, ut venatio contra priuatum Saxonica longissimi temporis, eademque ex tempore publicatae decisionis inchoanda, praescriptione debeat adquiri. Hac illustratione ipsi legi inserta egregie praecedit Legislator disputa-



tiones super ea re metuendas. Qua videlicet omissa, facile videri poterat, post publicatam hancce decisionem, venatio contra vicinum per tempus longissimum exercita legitime quaesita. Neque vero existimandus est, id egiſe hac decisione, Serenissimus , vt nulla contra priuatum praescriptione venatio quaesita putaretur, nisi posſessor eam a publicata lege per tempus longissimum exercuerit. Vt tantum in posterum certam de re adhuc dubia iudicandi normam suppeditaret. Igitur, quoniam haec lex ante hos octodecim annos lata certe longissimum tempus praeterlapsum exigit, vt sibi iuris vinculum tribuatur, nosse conduit, quid de controuersiis super ea re interea temporis exoriendis statuendum sit.

### §. III.

*Exponitur  
natura vena-  
tionis.*

Nemo ignorat venationis, occupationis quippe speciei, Iure Romano naturam , eandemque moribus Germanorum longe planeque diuersam, et eam quidem , vt eorum iure censeatur, quae Principis, potestate territoriali pollentiſ, arbitrio vnicē relinquuntur, ob eamque rem regalia audiunt. Et, quia nouimus, horum alia ſic eſſe comparata, vt eſſentia ſua nullius, niſi Principis , eſſe poſſint, maiora inde ſummo iure dicenda, alia minora, id eſt, cum ciuibus, ſi ita Principi placuerit, communicanda, in horum censum redigendam eſſe noſtram, nemo ibit infitias. Vt videlicet, quantum ad haec iura attinet, regalia ſolum propterea nominentur, quod in priuatorum commercio ſine Principis facto non ſint, adeoque in simplicia iura, ſive priuilegia, abeant, quamprimum eorum uetus ciui a Princeps fuerit permifſus.

fus. Ex quo non inepte quis coniiceret, quia omnia iura, opposita praescriptionis longissimi temporis exceptione, effectu destituuntur, l. 3. C. d. *Praescr. XXX. vel XL. annor.* idem de venatione, quatenus priuatorum arbitrio non exempta sit, quemadmodum de phasianis ex Mand. d. d. 7. April. 1741. colligimus, esse statuendum, nihilque noui cit. *Decis. Nouiss. IV.* attulisse.

#### §. IV.

Neque in hunc modum respondere dubitarem, nisi *Quaeritur, an Ordinat. Prouincial. d. a. 1555. Tit. Dass keiner auf des an-*  
*praescriptione,  
venandi ius ad-  
quiri possit.*  
 dern Grund und Boden ic. §. So wollen wir dasselbe ic. ne-gotium faceßeret. Taceo, ipsam laudatam *Decision. Nouiss. IV.* quo ipso iis tantum, qui post promulgationem per tempus longissimum quasi in possessione venationis ad alium pertinentis fuerint constituti, ex praescriptione patrocinatur, alia omnia de ea re statuendi necessitatem imponere. En ipsa *Ordinat. Prouinc. verba: Dass ein jeder mit jagen, hezen, und Weidewerk zu treiben auf seinem und seiner Leuthe Eigenthum bleiben, und eines andern Güther damit nicht berühren soll, un- geachtet einiges Fürwendens, dass es anders hergebracht, und im Brauch gehalten ic. Quibus si quis verbis aliam assingere, quam praescriptioni contrariam, assingere velit sententiam, quam equidem fateor mente concipere nullam posse, quae se- quuntur H̄ophi Wo aber solche Irrungen ic. Und soll hinführō omnem dubitationem eximere debent. Scilicet nullam Legislator admittit exceptionem, nisi rem iudicatam et item super ea pendentem, neglecta omnino, quin reiecta, pos- sessione contraria.*

#### A 3

#### §. V.

*Petitur argu-  
mentum a  
conuetudine.*

Et quanquam leges ipsae obscurantia sibi aduersa abrogantur, ipsaque haec obscurantia, modo publica sit, et per legitimum tempus continuata, ius consuetudinariū efficiat, hoc tamen in leges contrariam consuetudinem prohibentes non cadere, in *Dissert. super concilianda l. 32. D. d. LL. et l. 2. C. quae sit long. confū. resp. Kettenbeilio* habita probasse mihi videor, quae videlicet, si verum intelligo, nulli, praeter immemorialem, contrariae cedunt consuetudini, ne huic quidem concessurae, nisi presumtionem iusti inuolueret initii. Scilicet lex omnem obligandi vim ex Principis, cuius voluntati obtemperare oportet, iussu capiunt, adeoque non potest non haec vis, hoc robur, cessare atque concidere, si contrarium eidem Principi placuerit. Nemo enim, nullius tertii iure quodam concurrente, suscipere obligationem valet, quam non impune statim rursus deferere possit. Hinc derogatoria, testamento priori adiecta, clausula, licet diris imprecationibus munita sit, ac de seria testatoris voluntate abunde testetur, id nunquam, quominus postea conscriptis testamenti tabulis stare oporteat, operatur. Igitur Princeps, licet vehementius nihil optauerit, quam, vt lex a se lata perpetuo subsistat, et, quae contra suscipiantur, tanquam nulla omni tempore possint impugnari, nunquam id efficiet, vt, vel sibi, vel successori eius, contrariam ferendi legem, facultas deesse videatur. *Quod si verum est, sicuti verum esse ipsa rei natura docet, omnino debet immemorialis contraria consuetudo, quae, dum initii memoriam excludit, iustique presumtionem ex vetustate sua inuoluit, praeuiiae contrariae*

tratriae Principis voluntati haberi consentanea. Quibus argumentis permotus non dubito immemoriali consuetudini, abrogandi legem, usum contrarium prohibentem, vim trahere, praesertim, quod *I. 2. C. quae sit long. consu. longaeuae tantum consuetudini hoc robur denegat.*

### §. VI.

An idem de acquisitione iuris contra tertium, mediante possessione immemoriali, habendum erit. Quod haud dubius affirmas, rationem interferens, cui facilius, quam *Principi, imputari obligationem.* Mihi quidem res non adeo expedita videtur. Ut consuetudo legi aduersa vim iuris consequatur, filius Principis interest, qui, dubium non est, quin ciuibus parendi necessitatem statim, atque libuerit, remittere valeat, unde necessario immunitas a lege admitti debet, ex quo Princeps in eam consentire intelligendus est, usque dum pristinae legi, vel sanctione noua, vel consuetudine pristinum robur restituatur. Iam nostram, age, causam consideremus. Sancit Sereniss. Legislator in *Ordinat. Polit. d. ao. 1555. cit. loc.* Nemini licere fundum alterius venationis ergo ingredi, nisi res iudicata, quae vel iam extet, vel ex lite iam pendente in posterum speranda sit, ipsum defendat, possessione, cuiuscunque demum generis, insuper habita. An igitur immemorialem exceperit facile censendus erit Legislator, qui omnem omnino exultatum abire possessionem iubet. An non videtur potius nullam, nisi ex re iudicata, vel conventione in continent liquidam contra fundi dominum probationem admittere voluisse. Nec infitior, videri hanc interpretationem cit. legi admodum consentaneam.

Ex

*Argumenti a  
consuetudine  
petito appli-  
catio.*



Ex qua porro necessario consequitur, nec dum recte allegari contra fundi proprietarium, cui ius ex hac sanctione quae situm est, petitam ab immemoriali possessione exceptio-

*Vera Ordinat.  
Polit. d. a. 1555.  
sententia ex-  
ponitur.*

nem. Quodsi vero haec est immemorialis praescriptio, quae essentia sua initii memoriam, atque adeo contrarii probationem, excludit, quicquid contra BERGER in Oecon. Iur.

L. II. Tit. II. §. 25. not. 1. WERNHER in Obseruatt. Part. IV. Obs. V. et ab hoc citati disputent: Si deinde veniam, alteri pacto venationem in suo fundo tribuendi, non denegasse existimandus est Serenissimus Legislator, quod nemo affirmaverit: Si denique verum est, in quo omnes consentiunt, immemoriale tempus iusti initii inducere prae sumptionem; Non existimo, hoc praecriptionis genus, quo si nullum aliud sufficiat, omnia iura adquiruntur, quodque contra Principem diserte admittit cit. Nouiss. IV. Decisio antiquam legem repudiare. Ut potius ita sentiam, ex Ordinat. Polit. d. ao. 1555. in controversiis super venatione inter priuatos, nemini contra dominum fundi iudicio possessorio succurri debere, tuendum vero esse, qui, immemoriali possessione probata, ius suum contra soli proprietarium in petitorio euicerit. Et, nisi me fallunt omnia, hanc interpretandi rationem Mand. El. d. d. 15. Febr. 1676, in Cod. Aug. P. I. p. 358. seq. obuium verbis: Also ordnen = = daß = = dießfallß auf keine Possess er- kennt, auch alle Actus, so vorgegen angezogen werden möchten, pro clandestinis et turbatiuis, (nicht weniger als in Jagd- und andern in der Landes- Ordnung verbothenen Sachen geschiehet,) schlechterdings geachtet und gehalten werden sollen: egregie commendat.



Leipzig, Diss., 1764



3

f

TAZOL

nur 31. Stck. Bücher verknüpft

VD18



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13

8  
19  
18  
17  
16  
15  
14  
13  
12  
11  
10  
9  
8  
7  
6  
5  
4  
3  
2  
1  
Centimetres  
Inches

8027  
1764, 8.  
**IVS VENANDI  
CONTRA PRIVATVM  
AN SIT PRAESCRIPTONI  
OBNOXIVM**  
**ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS  
CONSENSV  
P R A E S I D E**  
**D. HENR. GODOFREDO BAVERO**  
PROF. IVR. PVBL. ET ORDINAR. FACVLT. IVR.  
ASSESS. COLL. MINOR. PRINCIPP. COLLEG.  
D. XIV. APRIL. A. C. MDCCCLXIV.  
IN AVDITORIO ICTORVM  
DISPVTANDO INQVIRIT  
**IOHANNES FRIDERICVS SECVRIVS**  
SANGERHVS. THVRING.

LIPSIAE  
EX OFFICINA LANGENHEMIA

